



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1525. usque ad annum 1529

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118480**

§. 38. Optimates a Galliarum Rege hanc in rem congregati.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66472](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66472)

## §. XXXVIII.

Sæcul. XVI.  
A.C. 1527.

*Optimates a Galliarum Rege hanc in  
rem congregati..*

Altera ex parte Galliarum Rex Mense Septembri Optimatum ac Regni Procerum comitia agebat, ibidemque cuncta, quæ a Cæsare pro impetranda pace postulasset, exponebat, eorumque sententias rogabat, quid demum pro liberandis suis prolibus agendum censerent, pollicitus etiam, se in captivitatem redditurum, si id promissi fides, Regis honor, ac conscientiae necessitas exigeret, indeque nihil Regni utilitati decederet. Ad hæc tres Regni Ordines in hisce comitiis congregati unanimi suffragio hoc responsum reddiderunt. „ Regia „ sua Majestas non sibi sed regno debe- „ tur, Burgundia vero pars est Regni, „ cuius Rex nonnisi usum fructum ha- „ bet, proin de neutra pro arbitrio suo „ disponere valet, si tamen Cæsar lytri „ nomine pro utroque Principe, quem „ obsidem tenet, vigesies centena au- „ reorum millia acceptare velit, nos „ hanc summam pro eorum liberatione „ Regiæ suæ Majestati offerimus, si ve- „ ro ad belli necessitatem res deveniret, „ declaramus, omnes nostros subditos „ nec sanguini nec bonis parcituros..”

## §. XXXIX.